

Secreta

Súscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum: ut per hæc piæ devotiõnis officia, ad cæléstem glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Communio (Ps. 95,2)

Cantáte Dómino, allelúia: cantáte Dómino, et benedicite nomen eius: bene nuntiáte de die in diem salutáre eius, allelúia, allelúia.

Postcommunio

Tribue nobis, Dómine, cæléstis mensæ virtúte satiátis: et desideráre quæ recta sunt, et desideráta percípere. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Orazione sulle offerte


Accogli, o Signore, le preghiere dei fedeli, in uno con l'offerta delle ostie, affinché, mediante la pratica della nostra pia devozione, perveniamo alla gloria celeste. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Ant. alla Comunione

Cantate al Signore, alleluia: cantate al Signore e benedite il suo nome: di giorno in giorno proclamate la salvezza da Lui operata, alleluia, alleluia.

Orazione

Concedici, o Signore, che, saziati dalla forza di questa mensa celeste, desideriamo le cose giuste e conseguiamo le desiderate. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.



V DOMINICA POST PASCHA

Introitus (Is. 48,20)

Vocem iucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, allelúia, allelúia. Ps. 65,1-2. *Iubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini eius: date glóriam laudi eius.* V. Gloria Patri...

Introito

Annunciate la gioiosa notizia, che sia ascoltata, alleluia: annunciatela fino all'estremità della terra: il Signore ha liberato il suo popolo, alleluia, alleluia. Sal. *Acclamate a Dio su tutta la terra, cantate un inno al suo nome: date a Lui lode di gloria.* V. Gloria al Padre...

Oratio

Deus, a quo bona cuncta procedunt, largíre supplicibus tuis: ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt; et, te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte

Orazione

O Dio, da cui procede ogni bene, concedi a noi supplici di pensare, per tua ispirazione, le cose che sono giuste; e, sotto la tua direzione, di compierle. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità



Suore Francescane dell'Immacolata
Monastero delle Murate - Città di Castello (PG)

Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

Lectio Epistolae Beati Iacobi Ap. 1,22-27

Carissimi: Estote factores verbi, et non auditores tantum: fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, et non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suae in speculo: consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est, qualis fuerit. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refranans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Religio munda, et immaculata apud Deum et Patrem, haec est: Visitare pupillos, et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc saeculo.

Alleluia (Io. 16,28)

Alleluia, alleluia. V. Surrexit Christus, et illuxit nobis, quos redemit sanguine suo. Alleluia. V. Exivi a Patre, et veni in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem. *Alleluia.*

dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Dalla Lettera di San Giacomo Apostolo

Carissimi: siate di quelli che mettono in pratica la parola e non soltanto ascoltatori, illudendo voi stessi. Perché se uno ascolta soltanto e non mette in pratica la parola, somiglia a un uomo che osserva il proprio volto in uno specchio: appena s'è osservato, se ne va, e subito dimentica com'era. Chi invece fissa lo sguardo sulla legge perfetta, la legge della libertà, e le resta fedele, non come un ascoltatore smemorato ma come uno che la mette in pratica, questi troverà la sua felicità nel praticarla. Se qualcuno pensa di essere religioso, ma non frena la lingua e inganna così il suo cuore, la sua religione è vana. Una religione pura e senza macchia davanti a Dio nostro Padre è questa: soccorrere gli orfani e le vedove nelle loro affezioni e conservarsi puri da questo mondo.

Alleluia

Alleluia, alleluia. V. Cristo è risuscitato e ha fatto sorgere la sua luce su di noi, che siamo redenti dal suo Sangue. Alleluia. V. Uscii dal Padre e venni nel mondo: ora lascio il mondo e ritorno al Padre. *Alleluia.*

Sequentia S. Evangelii secundum Ioannem 16, 5-14

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Amen, amen, dico vobis: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo: Petite, et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Haec in proverbii locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in proverbii loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis: et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, et credidistis, quia ego a Deo exivi. Exivi a Patre, et veni in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, et proverbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, et non opus est tibi ut quis te interroget: in hoc credimus, quia a Deo existi.

Offertorium (Ps. 65,8-9 et 20)

Benedicite gentes, Dominum Deum nostrum, et obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, et non dedit commoveri pedes meos: benedictus Dominus, qui non amovit deprecationem meam, et misericordiam suam a me, alleluia.

Sequenza del Santo Vangelo secondo Giovanni

In quel tempo, Gesù disse ai suoi discepoli: "In verità, in verità vi dico: se chiederete qualche cosa al Padre nel mio nome, egli ve la darà. Finora non avete chiesto nulla nel mio nome. Chiedete e otterrete, perché la vostra gioia sia piena. Queste cose vi ho dette in similitudini; ma verrà l'ora in cui non vi parlerò più in similitudini, ma apertamente vi parlerò del Padre. In quel giorno chiederete nel mio nome e io non vi dico che pregherò il Padre per voi: il Padre stesso vi ama, poiché voi mi avete amato, e avete creduto che io sono venuto da Dio. Sono uscito dal Padre e sono venuto nel mondo; ora lascio di nuovo il mondo, e vado al Padre". Gli dicono i suoi discepoli: "Ecco, adesso parli chiaramente e non fai più uso di similitudini. Ora conosciamo che sai tutto e non hai bisogno che alcuno t'interroghi. Per questo crediamo che sei uscito da Dio".

Offertorio

Popoli, benedite il Signore Dio nostro, e fate risuonare le sue lodi: Egli che pose in salvo la mia vita e non ha permesso che il mio piede vacillasse. Benedetto sia il Signore che non ha respinto la mia preghiera, né ritirato da me la sua misericordia, alleluia.